Fragmentarium

(1)-8

Et di foras tumulate ueni foras lazare.
Exi exi ac procede iam mortis de carcere.
Si clamaueris me xpe redemptor piissime.
Exibo loeto repente ac procedam prospere.
Cum uita seruum uocante fugit mors rapide.
Ligatus manus et pedes faciemque lazarus.
Et dixit ille antiquus uoce dei excitus.
Sic ego plus licet uinctus non prodibo tardius.
Fili dei xpe uiui iube tui laxari.
Pedes manus ora solui et abire desini.
Et uestigiis aduolui tuis sacris domini.
Tam tibi tuoque patri qui in s corpu.
Trino deo atque uni corde ore supplici.
Grates age uoce tali honore sub triplici.
Benedictus sit excelsus genitor et genitus.
Sps nec non et scs per dulcis paraclytus.
Per quem suus est redux rursus citatur lazarus.
Manicis quam magnis uinctus constrictus compedibus.
Flammiferam destinatur penarum ultricibus.
Que tormentis extant prorsus plena multiplicibus.
Etiam cantabo rane omni tibi tempore.
Si digneris euocare mortis me de limine.
Cui est uita cum patre et regnum cum flamine.
Tange tange ihu xpe me o clementissime.
Oculos et squamas inde serpentinas abice.
Fluminaque multa ualde lamentorum elue.
Ac tot terge et reterge quo plus fluant lacrimis.
Fluant nocte fluant die ut possint restringere.
Flamma que sunt mihi iure penis meis debite.
Sps o rex perrespice me gratia.

License: cc-by-nc – Bern, Burgerbibliothek, Cod. AA 90.1, 3r – Godescalcus Orbacensis: Carmen O mi heros
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-1uz0/5188/49560)